









1781.

1. <sup>10<sup>to</sup></sup> Bernam, Gustavus Bernhardus: De successione  
creditoris in alterius et suam ipsius locum  
2 Exempl.
2. Venella, Amatorius Gerhardus: De successione caput.  
lari substitutione
3. Flor, Joannes Rudgerus: De vulgaris substitutione  
transmissionem hereditatis non impediente
4. Jaep, Henricus Christianus: De effecta appellationis  
quoad specialim quoad alterius partis supplicationem  
sive reiterationem.
5. Kochner, Carolus Joannes Christianus: De forme  
testamenti externa a cetero observanda.
6. Rüter, Joannes Godfrido: In marito et in  
bona paraphernalia ex legibus Romanis ac  
patriis, illustratum



7. Schumacher, Christianus. *Viola* 3 De exclusione  
filiorum legitimorum a testamenti fidei, speciatim  
quod bono et veritate extraordinaria.

ul



7





14

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
EFFECTV APPELLATIONIS  
SPECIATIM QVOAD ALTERIVS PARTIS  
SVPPPLICATIONEM  
SIVE  
LEVTERATIONEM

5  
1787, 4

244

QVAM  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
GEORGII III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGIS  
DEFENSORIS FIDEI  
BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVGENSIVM DVCS  
S. R. I. ARCHITHESA VRARI ET ELECTORIS  
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI  
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
LEGITIME CONSEQVENDIS

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT

HENRICVS CHRISTIANVS IAEP  
GOETTINGENSIS

AD D. I. SEPTEMBRIS MDCCLXXXI.

---

GOETTINGAE  
LITTERIS FRID. ANDR. ROSENBYSCH, Acad. Typ.



INSTITUTIONIS  
SACRAE THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS  
ALMA MATER  
MAGNIFICENTISSIMAE  
SACRAE THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS  
ALMA MATER

ACADEMIAE  
SACRAE THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS  
ALMA MATER


GEORGIUM III

ACADEMIAE  
SACRAE THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS  
ALMA MATER

ACADEMIAE  
SACRAE THEOLOGICAE  
UNIVERSITATIS  
ALMA MATER

CHRISTIANUS I

AD 21 SEPTEMBRIS MDCCLXX



PATRI AMANTISSIMO BENIGNISSIMO  
OPTIMO  
HENRICO CHRISTIANO  
IAEP,

IURIVM DOCTORI CONSVLTISSIMO,

PROPTER

INNVMERA A TENERRIMA IVENTVTE IN SE COLLATA

QVAM MAXIMA BENEFICIA

TENTAMEN HOCCE IVRIDICVM

PIA AC DEVOTA MENTE CONSECRAT

*obsequiosissimus filius*

HENRICVS CHRISTIANVS IAEP.



PATRI AMANTISSIMO BENIGNISSIMO  
OPTIMO  
HENRICO CHRISTIANO  
IAEP,  
IURIVM DOCTORI CONSULTISSIMO.

PROPTER

INNUMERA A TENERISSIMA IUVENTUTE IN SE COLATA  
QVAM MAXIMA BENEFICIA  
TENTAMEN HOCCE IURIDICVM  
IN AQ DEVOTA MENTE CONSECRAT

optimo christiano patri

HENRICO CHRISTIANO IAEP





## CAPVT I.

DE

### APPELLATIONE ELVSQVE EFFECTV IN GENERE.

---

§. I.

**A**PPELLATIONIS vocabulum diuersas habet significaciones. Latissime etiam idem denotat, ac vocare seu nomen imponere, vti ex princip. Inst. de Testam. ordin. et §. 1. in fine Inst. de interd. apparet. Iuridice sumitur hoc vocabulum vel improprie vel proprie. Improprie e. g. Appellatio significat interpellationem de solutione et aliquem in iudicio conuenire. Priorem significatum clare euincit L. 16. §. 6. D. de fideiussoribus, in verbis: Cum fideiussor hoc modo acceptus esset, si reus quadraginta,

A

quae



quae ei credit, non soluerit, fide tua esse iubes? verisimile est, id actum, vt cum *appellatus* reus non soluisset, fideiussor teneretur, sed etsi reus, antequam *appellaretur*, decessisset, fideiussor obligatus erit, quia hoc quoque casu verum esset, reum non soluisse. In qua lege igitur verbum *appellatus* idem denotat ac *interpellatus*, et *appellaretur* cum verbo *interpellaretur* profus conuenit. Quod ad posteriorem, nempe vbi appellare idem est, ac aliquem in iudicio conuenire, attinet, exemplum reperitur in L. 29. D. de iudic. Proprie et stricte autem accipitur APPELLATIO pro prouocatione ab inferiore iudice ad superiorem. De qua nimirum hac dissertatione agitur.

## §. II.

APPELLATIO est prouocatio a sententia iudicis inferioris, ob graüamen parti illatum, ad iudicium superius hunc in finem facta, vt sententia inferioris per superiorem corrigatur. Ex hac definitione fluit, vt pars litigans habeat grauamina in iure fundata. Item, quia appellandus semper est iudex proxime superior, sequitur, vt appellari nequeat per saltum. Nam Appellatio fieri debet gradatim, non omisso medio iudice, aliterque facta, ipso iure nulla est a). Excipitur tamen casus, quando iudex intermedius vel non velit, vel non possit ius dicere, e. g. si

a) L. 21. D. de Appellat. et relat.

iudicis huius iurisdicção controuersa, aut ex iustis causis suspectus esset iudex, tunc utique Appellatio ad superiorem parti grauatae licebit. Quicquid enim obstat iudici, ut actu iudex esse non possit, facit locum Appellationi, illo omisso, ad superiorem.

§. III.

In omnibus regulariter causis, ubi quis se grauatum sentit, licita est Appellatio, siue sint maiores et grauiores, siue minores et breuiore, ideoque in causa tam criminali, quam ciuili, Appellatio locum habet *b*). Ab Appellatione enim nullus excludendus, cum illa contra iniquitatem vel imperitiam opus et species defensionis est, in iure naturali fundata, quae nemini deneganda *c*).

§. IV.

Causae, in quibus appellari non potest, sunt sequentes:

1) Interlocutoria simplex, contra quam Appellatio secundum ius Caesareum non admittitur *d*). Cum quo etiam conuenit dispositio

*b*) L. 26. et 30. C. de Appellat. et Consultat. nec non C. II. X. de Appellat.

*c*) L. I. D. de Appellat. Ordin. Summi Appellat. Tribun. Cell. P. II. Tit. I. §. 4.

*d*) L. 16. C. de Iudiciis.

positio Ordinationis Cameralis e). Ab Interlocutoria mixta autem, quae damnum irreparabile afferre potest, omnino Appellatio est licita, etiam in hisce terris Electoralibus f).

### §. V.

Deinde Appellatio prohibetur 2) si grauatus huic remedio renunciauerit, quod etiam tacite fieri potest, e. g. qui petit dilationem ad praestandum id, in quod condemnatus, item qui super sententia transigit. Tacita enim renunciatio eundem habet effectum quam expressa. Etiam Appellatio non permittitur 3) a sententiis in possessoriò summariissimo latis, ob metum violentiae. 4) In causis executiuis, super debito ex instrumento garantigato vel confessione rei liquido; 5) in causis alimentorum, 6) aggerum, 7) cambialium et summatim 8) ratione causarum, quae moram non ferunt quoad effectum suspensiuum, vt in causis sepulturae aliisque. Item 9) si de relaxando captiuo agatur.

### §. VI.

e) Ordin. Cam. P. II. Tit. 28. §. 6. verbis: So soll hinführo das Cammergericht die Appellation von solchen Interlocutorien nicht annehmen, wo die Beschwerung in der Appellation bestimmt, durch die Appellation von der End-urtheil der Haupt-Sache mögte erstattet und wiedergebracht werden, wie das in Kaiserlichen Rechten geordnet und begriffen ist.

f) Ordin. Cancell. Calenberg. Tit. 2. §. 2.



## §. VI.

Porro quoque 10) tunc Appellationes non admittuntur, si deficiat summa appellabilis. Haec est in summis Imperii Tribunalibus 400 thalerorum g), nec non in terris Lauenburgicis h), Hildesensibus et Schaumburgicis. Intuitu Guelpherbytani Principatus, per speciale priuilegium FERDINANDI III. Imperatoris de 1648, ad Imperii Tribunalia aliter appellari nequit, quam si 2000 florenorum aureorum summam lis excedat. Simulac notandum, cessare Appellationem ad summa Imperii Tribunalia in totum, non solum ratione Electorum, sed etiam ob ius speciale aliis quoque Principibus, vt Archiducibus Austriae, Ducibus Burgundiae, Saxoniae, Würtembergicis, Pomeraniae, nec non Landgrauis Hasso-Cassellanis et Darmstadinis, ac nouissime ab Augustissimo Imperatore IOSEPHO II. Ducibus Meklenburgicis concessum. Summa appellabilis, quando in his terris a Cancellariis Iustitiae et Curiis Prouincialibus aliisque iudiciis superioribus ad Tribunal Cellense prouocatur, est 500 thalerorum, vsuris in fortem non computatis.

## §. VII.

Neque 11) post praestitum iuramentum iudiciale, quia habet vim transactionis et rei iudicatae, Appellatio licita i). Et tandem

g) secundum R. I. de 1654. §. 112.

h) Ord. Cur. Pröv. Lauenburg. Tit. 39. §. 4.

i) L. 2, D. de iureiur. Ord. Trib. Cell. P. II. Tit. 8. Sect. 3. §. 14.



tandem 12) illis, qui contumaces fuerunt, Appellatio denegatur *h*).

### §. VIII.

Qui prouocare ad superiorem iudicem vult, formalia quaedam seruare debet, illisque non obseruatis, Appellatio deserta est. Et in his solennibus primum locum obtinet **INTERPOSITIO**, cuius fatale est spatium decendii, quod a momento latae sententiae, seu a die insinuationis Decreti et notitiae currere, incipit, ita vt nec a iudice prorogari possit. Interpositio fit vel stante pede et viua voce statim in ipso publicationis termino, vel in scriptis, mediante schedula, iudicio intra decendium exhibenda, vel extra iudicium, coram Notario et duobus testibus. In hoc casu Notarius instrumentum expedire solet, quod in testimonio consistit, quo Appellationem rite atque legitime coram se interpositam esse testatur. Postea Appellans intra XXX dies iudici a quo factam interpositionem notificare debet. Permissum quoque est intra fatale decendii quaeuis remedia electiue interponere. Et tunc grauatus intra trigesimum, vel a die latae sententiae, vel notitiae computandum, quale remedium electum

habe-

*h*) L. 1. C. Quorum appellat. non recip. Ordin. Tribun. Cell. P. II, Tit. 10. §. 2. verbis: Demjenigen, so contumax ist, sollen auch die sonst gewöhnlichen remedia iuris, wieder die gegen ihn ergangene Erkenntnisse, nicht verstattet werden.

habere velit, sub poena defertionis indicare seu declarare tene-  
tur 1).

§. IX.

Praeterea Appellanti necesse est, vt acta apud iudicem a  
quo requirat ac petat Apostolos et quidem sub poena Appellatio-  
nis amittendae. Haec Actorum requisitio vel simul in ipsa sche-  
dula interpositionis, vel in separato exhibito fieri potest. In quo  
casu ultimo praecise intra trigessimum facienda. Nec non, si vi-  
va voce in publicationis termino, vel coram Notario et duobus  
testibus, interposita sit appellatio, idem fatale XXX dierum stri-  
cte obseruandum m). Tunc iudex a quo statim apostolos seu te-  
stimoniales expedire debet, Appellationem intra tempus legiti-  
mum

1) Justitz-Reglement de dato London  $\frac{22}{2}$  Decembr. 1718. artic. VIII.  
verbis: So sollen hinführo die, so obgedachte beneficia alternativue  
einwenden, binnen den nächsten 30 Tagen von publicirter Sentenz  
an, oder in zugelassenen Fällen a die notitiae, binnen welcher ohne  
dem derjenige, der die Appellation zu verfolgen gedenket, dieselbe  
dem iudicio a quo pure und ohnumschränkt zu notificiren, und Acta  
zu requiriren verbunden ist, zu ein oder andern von solchen benefi-  
ciis, bey deren Verlust, sich erklären.

2) Ordin. Tribun. Appellat. Cell. P. II. Tit. 2. §. 5. ibi: Geschiehet  
die Interpositio coram Notario et testibus, ist dieselbe intra diem  
trigessimum dem iudicio a quo zu notificiren und binnen solcher Zeit,  
so wohl in diesem Falle, als auch, wenn die interpositio entweder  
viva voce oder mediante schedula geschehen, editio actorum zu re-  
quiriren.

num interpositam et actorum requisitionem factam esse, interdum quoque annectitur, quod remedio huic in honorem superiorum deferatur. Et hoc documentum in foris nostris loco apostolorum simul est.

### §. X.

Impetratis a iudice inferiore apostolis, sequitur apud iudicem superiorem **INTRODUCTIO** Appellationis. Fatale introducendae olim erat diuersum *n*), in Camera Imperiali vero spatium sex mensium ita est constitutum, vt intra quatuor menses priores processus appellato insinuentur, et menses reliqui duo reproductioni processuum sint destinati *o*).

### §. XI.

Quod Electoratum Hannoueranum attinet, fatale introductionis diuersi mode est constitutum. Sic in Cancellaria Calenbergica introducenda est Appellatio praecise intra spatium duorum mensum, a die interpositionis computandum *p*). Exceptis tamen

*n*) L. fin. C. de temp. et repar. appellat.

*o*) Ord. Camer. P. II. Tit. 30. §. 1. et R. Imp. de 1654. §. 67.

*p*) Ordin. Cancell. Calenberg. Tit. 2. §. 3. ibi: Ein jeder, der förmlich appelliret hat, soll seine appellation durch Ausbringung und Reproducirung der proceße, wie auch einbringende Iustificacion, in zwey Monaten, von Zeit der ordentlich interponirten appellation anzurechnen, bey Unserer Canzeley sub poena desertionis zu verfolgen schuldig seyn.

tamen Decretis et Sententiis in iudiciis provincialibus latis, vbi introductionis tempus ad quatuor septimanas restrictum *q*). In Curia provinciali Calenbergensi fatale introducendae Appellationis est trium mensium, et quidem a die interpositionis *r*). Quod Principatum Grubenhagenensem in specie concernit, prouocationes ex eo ad Curiam prouincialem Calenbergicam locum non habent, sed ex hoc Principatu Appellationes tantum ad Cancellariam Calenbergensem sunt dirigendae; simulac ratione introductionis et iustificationis fatale sex septimanarum est obseruandum, vti per Decretum commune Illustris Cancellariae Hannoveranae sub dato 24. Nov. 1773. expresse constitutum est.

## §. XII.

In Cancellaria Cellensi est spatium sex septimanarum ad Appellationis introductionem et iustificationem praefixum, et quidem a die notitiae seu latae sententiae *r*). Sed apud Curiam prouincialem Cellensem, ad Appellationem introducendam et iustifi-

*q*) Ordin. Canc. Calenb. loco cit. in verbis: ausgenommen, wann von Amts- oder Land- Gerichts-Bescheiden appelliret wird, von welchen die etwa vorgenommene Appellationes nach Inhalt Unsers Land-Tages Abschiedes de a. 1650. §. 3. innerhalb vier Wochen eingebracht und iustificiret, auch nach möglichster Kürze erörtert werden sollen.

*r*) Ordin. Curiae prouinc. Calenb. Tit. XXV. §. Und ein jeder ic.

*s*) Ordin. Cancell. Cell. art. 36.

B

iustificandam, diaeta ordinaria, publicationem sententiae proxime insequens, est praefinita *t*). In Summo Appellationum Tribunali Cellensi fatale introductionis et iustificationis ad iuridicam, interpositioni proximam, est adstrictum. Si vero quatuor hebdomadae integrae non supersint, tunc ad sequentem diaetam, vel ordinariam vel extraordinariam, terminus extenditur *u*).

### §. XIII.

**IUSTIFICATIO** Appellationis in his terris simul cum introductione est expedienda. Si autem appellanti terminus quoad iustificandam Appellationem nimis angustus sit, seu is impediatur, tunc introductio nihilominus obseruanda et petitem pro prorogando fatali iustificandae Appellationis annectendum, alias prouocans Appellatione cadit et haec deferta habetur. Porro eum introductione producenda est sententia iudicis inferioris, seu decretum a quo, item documentum, factae interpositionis actorum,

*t*) Ord. Cur. prouinc. Cell. P. II. Tit. I. §. 6. ibi: auf dem nächstfolgenden Ordinari-Hofgericht.

*u*) Ordin. Summi Tribun. P. II. Tit. II. §. 7. in verbis: die introduction und prosecution der Appellationen betreffend: Ordnen und sehen Wir, daß solche in der auf die interposition nächstfolgenden, oder im Falle einer bis dahin nicht 4 Wochen Zeit hätte, bey der darauffolgenden Iuridica ordinaria vel extraordinaria und zwar in den ersten zwey Tagen — — produciret werden solle.

actorum, a iudice inferiore impetratum. Nec minus, si coram Notario et testibus Appellatio interposita, instrumentum super hoc actu confectum ideo exhibendum est, vt iudicio superiori, fatalia interpositionis et actorum requisitionis rite obseruata esse, statim innotescat.

#### §. XIV.

Quoad materialia, iustificatio Appellationis fieri debet per deductionem grauaminum, quae nominatim et quidem in eadem ferie, qua in sententia grauatoria causae litigiosae mentio facta fuit, punctatim exponuntur, nec non ex prioribus actis, seu etiam per nouas probationes, veritas grauaminum, ac simul, quomodo ius causae conueniat, adiicitur. Et quoniam in his terris Electoralibus ante Appellationis iustificationem in materialibus non decernuntur processus, in fine exhibiti petitum, pro decernendis processibus, atque impetranda sententiae a qua reformatione, annectitur.

#### §. XV.

Hisce praemissis de EFFECTIBVS Appellationis nunc quaedam differere necesse est. Primus igitur effectus in eo consistit, vt pendente Appellatione inferior iudex nihil innouare possit, siue recipiatur Appellatio, siue non v). Exspectare enim debet, donec

v) L. vn. pr. D. Nihil innov. Appellat. interpos.

donec a superiore reiiciatur, sin fecus facit, committit attentatum, quod iussu superioris statim reuocare obligatur et nullam habet excusationem, quia sola Appellationis notitia iudicem a quo ad reuerentiam superiori debitam adstringit. Caueat igitur Appellans, ne actum aliquem coram iudicio inferiori ulterius in causa suscipiat, alias se indignum beneficio Appellationis reddit, illique renunciaffe. censetur.

§. XVI.

Secundus effectus Appellationis in eo se exerit: quod causam reducat ad illum statum, quo fuit tempore litis contestatae. Et omissa in prima instantia hic proponuntur, ideoque prouocatio ratione Appellantis operatur beneficium: non deducta deducendi et non probata probandi. Quod tamen de omisiss, quae post litem contestatam opponi poterant, intelligendum, cum enim Appellatio causam redigat ad tempus litis contestatae, sequitur, vt tantum peremptoriae omisissae, non dilatoriae exceptiones opponi possunt, nisi et hae post litem contestatam demum emerferint.

§. XVII.

Tertius Appellationis effectus hic est: vt illa introducta appellans retrogredi non possit, sed vtrique parti communis fiat Appellatio *w*). Hoc est, si forte appellatus pariter per sententiam

*w*) L. vlt. C. de Appellati



tiam iudicis inferioris grauatius esset, tunc prodest ipsi Appellatio aduersarii, vt illo abstinere volente, nihilominus appellatus possit vrgere prosecutionem Appellationis. Si quis vero interposuerit tantum Appellationem, omittere illam potest, etiam contradicente appellato, si modo, adhaesionem intra decendum factam, docere nequeat. Non tamen appellanti integrum est, ab introducta iam Appellatione, in praeiudicium appellati desistere et eius conditionem per id deteriore facere x).

### §. XVIII.

Appellatio 4.) regulariter statim ipso iure ligat manus iudicis a quo, etiam si inhibitio nondum emanauerit, cum per Appellationem potestas iudicis a quo prorsus suspensa, et super causa iurisdictio ad iudicium superius sit translata y). Et quoniam causa per Appellationem ad iudicium superius deuoluitur, hinc Appellatio nomen remedii deuolutiui accepit. Per deuolutionem efficitur, vt iudicium ad quod non tantum ad illam litis speciem, ratione cuius prouocatio facta, adstrictum sit, sed etiam super punctis

x) L. 74 et 755 pr. D. de Reg. Iur.

y) MEYERVS Part. VIII. decis. 287. n. 1. ibi: Appellatio etiam circa inhibitionem virtute sua naturali ligat manus iudicis a quo, iurisditionem eius finit et causam ad superius iudicium deuoluit. Ideo non est quicquam istius iurisditionis antequam causa remittitur, sed quod ad eam pertinet, a superiore decernendum.

punctis aliis, modo causae cohaereant, potestatem decidendi habeat *z*). Sic e. g. iudex Appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in sententia iudicis a quo, modo ex natura propositae actionis usurae in condemnationem venire debeant *aa*). Iudici enim cuilibet, statim atque iudex factus est, incumbit officium rerum omnium, quaecunque in iudicio versantur *bb*). Et summatim in iudicio Appellationis omne illud, quod causae principali incidenter accedit, simul recte deciditur.

### §. XIX.

Si sententia inferioris in Appellationis iudicio sit reformata, seu, si iudicium ad quod: male iudicatum, bene appellatum, pronunciauerit, tunc tota causa ad iudicem Appellationis pertinet ac ulterior causae agitatio et discussio in superiori iudicio peragitur, nec locum obtinet remissio actorum, sed iudex superior prorsus decidere debet *cc*). Quia ad eum, qui semel grauauit, causam remitti non oportet, cum praesumatur, in posterum quoque grauari velle.

*z*) L. 29. §. 1. D. de minoribus.

*aa*) L. 41. pr. D. de usur. L. 24. D. de Appellat.

*bb*) L. 25. §. 8. D. de Aedilitio edicto.

*cc*) L. 6. pr. C. de Appellat. et Consultat.

---



---

## CAPVT II.

DE

EFFECTV APPELLATIONIS IN SPECIE QVOAD  
 SVPPPLICATIONEM SEV LEVTERATIONEM  
 AB ALTERA PARTE INTERPOSITAM.

---

## §. I.

**S**UPPLICATIONE secundum ius Romanum est remedium, quo is, qui per sententiam Praefecti Praetorio grauatus est, intra biennium petit, vt causa denuo cognoscatur et sententia reformetur *a*). Et si tunc supplicans victus defuerit, nullam habet licentiam iterum super eadem causa supplicandi *b*). Haec Supplicatio sententiam non suspendit, nisi intra decendum fuerit oblata. Tunc enim sententia non aliter executioni mandanda, quam si victor, datis fideiussoribus, cautionem praestiterit *c*).

## §. II.

In Senatu Imperiali Aulico Supplicatio est beneficium suspensuum ordinarium, per pacem Westphalicam ea ex ratione  
 intro-

*a*) L. vn. C. de sentent. praefect. praetor.

*b*) L. 5. C. de precib. Imperat. offerend.

*c*) Auth. quae Supplicatio C. de precib. Imperat. offerend.



introducitur, quoniam a Conclufis huius Senatus prouocatio ulterio-  
rior non erat licita *d*).

### §. III.

Vfus Supplicationis in his terris, nimirum Principatu Calenbergico, Goettingensi et Grubenhagenensi, nec non in Ducatu Brunfuitenfi obtinet, ficut loco illius in Ducatu Luneburgico et Principatu Lauenburgico Leuteratio adhibetur. Supplicatio igitur est remedium fufpenfuum, ab eo, qui per iudicis fententiam fe grauatum effe exiftimat, eum in finem interpofitum, vt, actis denuo perluftratis, fententia prior ab eodem iudice corrigatur. Differt itaque ab Appellationis remedio, quod hoc fit de-  
uolutiuum et fufpenfuum, illud autem fufpenfuum tantum re-  
medium,

- 2) Inftrom. Pacis Osnabrug. de 1648. Artic. V. §. 55. verbis: Quoad proceffum iudiciarium Ordinatio Camerae Imperialis etiam in Iudicio Aulico feruabitur per omnia, tum vt ne partes ibidem litigantes omni remedio fufpenfuo deftituantur, loco Reuifionis in Camera vfitatae, licitum effo parti grauatae a fententia in Iudicio Aulico lata, ad Caefaream Maieftatem fupplicare, vt acta iudicialia, denuo adhibitis aliis, grauitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex vtraque religione aequali numero, Confiliariis, et qui concipiendae et ferendae priori fententiae non interfuerint, aut certe referentium et correferentium partes non fuffinuerint, reuideantur; liberumque fit Suae Maieftati in caufis maioribus et vnde tumultus in Imperio timeri poffent, infuper etiam quorundam vtriusque religionis Electorum et Principum fententias et vota requirere.

medium, qua de causa quoque fori mutatio in Supplicatione locum non habet, uti in Appellatione. In Summo Appellationum Tribunali Supplicatio non obtinet, sed potius ibi impugnanda est sententia per remedium restitutionis in integrum, et quidem saltem ex causis nouis.

#### §. IV.

Notandum quoque est, quod, remedio Supplicationis vel Leuterationis in Cancellariis et Curiis prouincialibus semel electo, aditus ad Appellationem non amplius pateat *e*). Id tamen ad illas Supplicationes et Leuterationes, quae in iudicio quodam inferiori adhibentur, non pertinet, quoniam in his casibus postea Appellatio adhuc locum habet. Ordinatio enim Tribunalis Appellationum nominatim iudicia superiora adducit, ostenditque, tum demum Supplicationem ac Leuterationem appellandi facultatem adimere, si adhibeantur contra sententias in Cancellariis et Curiis prouincialibus latas.

#### §. V.

Decendii tempus, sicut in Appellatione, ita etiam quoad interpositionem huius remedii, stricte est obseruandum *f*). Ratione

- e*) Ordin. Summi Appellat. Tribun. P. II. Tit. 1. §. 6.  
*f*) Ordin. Cancell. Calenb. Tit. XXX. §. 1. et Curiae Prouinc. Calenb. Tit. 66. §. 43. auch. item Ordin. Cancell. Guelpherbyt. n. 59. et Curiae Prouinc. Guelpherbyt. Tit. 69. §. Diemeil auch.

hione iustificationis Ordinationes variant. Et, quamvis fatale iustificandae Supplicationis in Cancellaria et Curia provinciali Calenbergensi cum fatali iustificandae Leuterationis in Cancellaria Cellensi aequale esse videatur, quia tempus sex hebdomadam praefixum est, tamen hoc intercedit discrimen, ut in illis a die interpositionis remedii, in hac, nimirum Cancellaria Cellensi, a publicatione sententiae, seu a die notitiae computetur *g*). In Curia provinciali Cellensi autem terminus ad iustificationem Leuterationis est diaeta ordinaria, proxime insequens publicationem sententiae *h*). Deinde in Cancellaria Guelpherbytana spatium quatuor septimanarum a die interpositionis, in Curia provinciali Guelpherbytana autem, intra diaetam proxime sequentem iustificationem fieri debere constitutum est *i*).

### §. VI.

Liberum est Supplici, an noua adducere, an ex actis anterioribus iustificare velit *k*); et quamuis Ordinatio Cancellariae Calenbergensis *l*) iusiurandum a Supplicante hunc in modum requi-

*g*) Ordin. Canc. Calenb. Tit. 30. §. 1. et Cur. prov. Cell. Art. 36.

*h*) Ordin. Curiae Prov. Cell. P. II. Tit. 32. §. 1.

*i*) Ordin. Cancell. Guelpherbyt. num. 59. et Curiae prouinc. Guelpherbyt. Tit. 69. §. Diweil audy.

*k*) Ordin. Curiae prov. Calenb. Tit. 66. §. So soll audy.

*l*) Ordin. Cancell. Calenberg. Tit. XXX. §. 9.

requirat: *se antea nullam novorum notitiam habuisse, vel tale tunc temporis exhibere non potuisse, item, ut proponatur, necessarium non duxisse, nunc autem ad iuris sui conservationem conueniens existimare;* tamen secundum quotidianam praxin supplicans iuramenti praestatione non oneratur, imo in ipsa Ordinatione Cancellariae Calenbergicae sancitum est, vt praestatio iuramenti sit remittenda *m*).

### §. VII.

Generaliter vero concludendum est, prohibitam prorsus esse Supplicationem in iis causis, vbi aut iure communi, aut legibus prouincialibus Appellatio non admittitur *n*). Denegatur quoque Supplicatio a sententia interlocutoria simplici per Ordinationem Curiae prouincialis Calenbergicae Tit. 66. o). Cum qua sanctione

*m*) Ord. Canc. Calenb. loc. cit. §. 10. in verbis: Wolte aber ein Supplicat nur über dasjenige, so in voriger Instanz bereits eingekommen, die unterlaufene Umstände der Sache besser vorstellen, und desfalls ein mehrers ausführen und beweisen; soll ihnen auch ohne jetzt erwehnte Eidesleistung solches zu thun, unbenommen bleiben.

*n*) Mevius, P. I. Decis. 180. n. 3.

o) ibi: Als auch das Beneficium Supplicationis bey Unserm Hof-Gerichte bisher gebräuchlich gewesen, so lassen Wir es bey solchem Gebrauche, jedoch, daß es nicht weiter, denn allein von Definitiv-Urtheilen, oder welche eine Kraft definitiuarum auf sich haben, von andern schlechten und gemeinen interlocutoris und Bey-Urtheilen aber durchaus nicht zugelassen werden und statt haben solle, hiemit vera bleiben.

ne Ordinatio Cancellariae Cellensis *p*) et Curiae prouincialis Cellensis *q*) conueniunt. Porro quoque non locus est huic remedio in causis summarissimi possessorii, item in causis executiuis, alimentorum decretorum ratione futuri et de relaxandis captiuis *r*).

### §. VIII.

Nunc me conuerto ad **CONCURRENTIAM** Supplicationis vel Leuterationis cum Appellatione atque exinde redundantes effectus. Saepe contingit, vt ab vna eademque Sententia alter Appellationem, alter Supplicationem interponat, quid tunc faciendum? An haec duo remedia separatim tractari possunt? Minime, causarum enim conexitas hoc non patitur. Causae vero connexae seu continentes sunt: 1) ratione rei petitae, vt possessorium et petitorium, 2) ratione vnius hereditatis, 3) ratione contractus vel delicti, 4) ratione actionis generalis, v. g. tutelae, 5) ratione praeventionis, 6) ratione interuentionis et 7) ratione originis, quod ambae ex eodem fonte fluant.

### §. IX.

*p*) Ordin. Cancell. Cell. art. 34.

*q*) Ordin. Curiae prouincial. Cellens. Part. II. Tit. 32. §. 3.

*r*) Ordin. Cancell. Calenberg. Tit. XXX. §. 3.



## §. IX.

In quo autem iudicio causae disceptatio sit peragenda, quaeritur. An in foro, ubi antea fuit agitata, an in alio? Respondendum est, in iudicio Appellationis tanquam superiori, cum nullo modo liceat, causae continentiam diuidere. Ex hactenus dictis sua sponte sequitur, cognitionem vtriusque remedii, Supplicationis et Appellationis ad iudicem superiorem pertinere, ac ab vtraque parte ea omnia, quae requiruntur, stricissime observari necessum esse, et quod propterea in vno eodemque iudicio tam Supplicantis, quam Appellantis, grauamina deciduntur.

## §. X.

Accedit, quod Appellatio Supplicatione sit maior, et causa maior minorem ad se trahat, quamobrem iudex inferior a cognitione abstinere debet. Nec non in L. 10. C. de Iudiciis expressè sancitum est, ne causae continentia diuidatur, verbis: *Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam diuidet, et ex beneficii praerogativa id, quod in vno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuersos indices voluerit ventilare: poena ex officio iudicis imminente ei, qui contra hanc supplicauerit sanctionem, atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulauerit.* Imperatoris mens et ratio sine dubio in eo consistit, vt duae quaestiones, quae vno iudicio decidi possunt, non in duobus foris magno sumtu et cum maximo litigantium detrimento disceptentur.

## §. XI.

## §. XI.

Confestaria sunt: iudicem a quo circa Supplicationem nihil suscipere posse, simulac Appellationem alterius interpositam esse, illi innotescit, quod si neglexerit, eius pronunciatum nullius est valoris, ac tanquam attentatum a superiori consideratur et annullatur. Expectare igitur debet, an recipiat Appellationem iudex superior, nec ne; quoniam, reiecta Appellatione, demum de Supplicatione seu Leutatione alterius cognoscere potest, cum acta in eodem foro maneant, atque ex his status causae et grauandi rationes appareant. Etiam facile perspicitur potest, peruersae iudicem a quo acturum esse, si, actis ad superius forum transmissis, de Supplicatione cognosceret, quae ob causae connexitatem nec separari, nec propter absentiam actorum diiudicari posset.

## §. XII.

Si vero nihilominus iudex inferior procedat, attentatum committit, a quo etiam nondum factae inhibitionis praetextus non plane excusat, quia sola Appellationis notitia illum obligat ad reuerentiam superiori debitam, et ut propter hanc acquiescat. Per Appellationem quoque inferioris iudicis iurisdictio ita est suspensa, ut hac priuatus prorsus censeatur. Quare iudex a quo iustificationem Supplicationis, si forsan interim coram illo esset exhibi-

exhibita, ad acta reponere, et postea, decretis processibus, cum actis ad iudicium Appellationis mittere debet, vt superior simul Supplicantis grauamina decidere queat.

### §. XIII.

Obiiciat quis mihi forsan, iustum tamen esse, vt prius Supplicatio expediatur, et sic caussa in iudicio inferiori plene finiatur, deinde vero de Appellatione cognoscatur. Cum autem Supplicatio et Appellatio ab eadem sententia inuicem connexae sint, et, secundum supra iam citatam L. 10. C. de iudiciis, causae connexae et continentes minime disiungi, et in diuersis iudiciis tractari debeant, Appellatio etiam, quae maior, Supplicationem tanquam minorem, ad se trahat, sequitur, vt iudex inferior, a cuius sententia alter Appellationem, alter Supplicationem interposuit, amborum remediorum decisionem, iudicio superiori plane relinquere debeat.

### §. XIV.

Et licet proprie tunc caussa ad superius iudicium in totum deuoluta censeatur, si processus Appellationis sint decreti, tamen iudici inferiori, reuerentiam erga superiorem agnoscere et Supplicantis, fatale iustificandae obseruare, consultum erit. Sic igitur conueniens est Supplicantis, vt remedii sui iustificationem intra fatale et euentualiter prius, quam decreti sunt processus, co-  
ram

ram iudicio a quo producat. Attamen hic cognitionem tam diu differre tenetur, donec processus denegatos esse sciat, ne causam Appellationis connexam vulneret et frustra iudicet. Si vero processus decreti, ideoque tota causa ad superiorem fit plane deuoluta, tunc Supplicantis libellus iustificationis iam exhibitus simul cum Actis ad iudicem Appellationis est transmittendus. Et quod de Supplicatione dictum, etiam ad reliqua in Ordinationibus concessa et coram iudicio a quo alias deducenda remedia pertinet.

§. XV.

Quoad fatalia adhuc obseruandum, quod olim iudex inferior interdum prorogationem fatalis iustificandae Supplicationis vsque ad finem Appellationis sibi vindicare voluerit. Cum autem ob causae connexitatem iudicio a quo decisio non competat, iudex superior omnino potest, vt coram se Supplicationis gravamina proponantur. Qua de causa etiam in his terris S V M M V S LEGISLATOR mediante Augustissimo Rescripto d. 9. Ian. 1747. omnibus Cancellariis, Curiis prouincialibus et Consistoriis hoc ita iniunxit: *Nachdem aus verschiedenen von Unserm Justitz-Canzeleyen, Hof-Gerichten und Consistoriis an Unser Ober-Appellations-Gerichte gekommenen Akten wahrgenommen, daß, wenn der eine Theil appelliret, der andere Theil aber die Supplication, Leuterung, oder ein anderes, in denen Ordnungen nachgelassenes, bey dem*

dem iudicio a quo auszuführendes Remedium erwählet, vorbemeldete  
 Unsere Justitz-Collegia nicht allemahl eine Gleichförmigkeit in dire-  
 ctione processus beobachtet, sondern entweder denjenigen Theile, so  
 eines vorherührter Remediorum erwählet, vor erkannten processibus so  
 fort an Unser Ober-Appellations-Gericht verwiesen, oder auch dem-  
 selben, bis nach erkannten oder denegirten processibus befristet haben,  
 Wir aber befunden, daß vorbesagter Theil dadurch veranlasset wor-  
 den, entweder in dem Falle, wenn des Gegentheils Appellation reissi-  
 ret worden, ohnnöthige Kosten, mittelst Einführung des eligirten Re-  
 medii bey Unserm Ober-Appellations-Gerichte anzuwenden, oder  
 auch, nach erkannten processibus, dasselbe bey Unserm Ober-Appel-  
 lations-Gerichte nicht zu verfolgen; Als befehlen Wir euch hiermit  
 allergnädigst, daß in dem Falle, wenn der eine Theil von euren Er-  
 künntnissen appelliret, der andere Theil aber ein anderes bey euch aus-  
 zuführendes Remedium einwendet, ihr diesen Theil zu Einbringung  
 der grauaminum intra terminum ordinis gehörig anweistet, den libel-  
 lum grauaminum ad Acta nehmet, und demnächst erwartet, was von  
 Unserm Ober-Appellations-Gerichte auf des andern Theils Appella-  
 tion erkannt werden wird.

§. XVI.

In hoc Rescripto etiam expresse fancitum est, vt Supplicans  
 intuitu iustificationis terminum ordinis, qui sex septimanarum

D

est,

est, obseruare debeat, consequenter ab eo, si impediatur, iusto tempore petitio prorogationis sit exhibenda. Et cum interea apparuerit, alterius Appellationem esse reiectam, tunc Supplicationis iustificationem coram iudicio a quo producit, in casu autem, quo decretos esse Appellationis processus rescituit, libellum grauaminum iudicio superiori praesentare debet. Sin secus fecerit, remedium pro deserto habetur, vti per iudicata Summi Appellationum Tribunalis Cellensis confirmatur, testante huius Augustissimi Iudicii Pro-Praefide Generosissimo Domino A PVFENDORF in Obseruationibus Iuris Vniuersi, Tom. II. Obseruatione 110. §. 3.

§. XVII.

Tandem ex praedeductis concludo, prudentiam Appellantis requirere, vt hic Supplicanti, qui obseruanda neglexit, et iustificationem Supplicationis non iusto tempore, sed finita demum Appellationis instantia produxit, exceptionem desertae Supplicationis opponat, simulque petitum, pro deserto declarando illius Remedio, annectat.







Göttinger, Diss., 1781

ULB Halle

3

008 564 817





DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
EFFECTV APPELLATIONIS  
SPECIATIM QVOAD ALTERIVS PARTIS  
SVPPLICATIONEM  
SIVE  
LEVTERATIONEM

1787, 4 / 5

244

QVAM  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

G  
MAGNAE BRITAN  
BRVNSVICI  
S. R. L. ARC  
RECTORIS AC  
ILLVSTRIS IVRE C  
SVMMS IN  
L  
PVBLIC  
HENRICVS  
AD D.

LITTERIS P

